



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 4. An valet Sacramentum, quando Minister habet duas intentiones  
contrarias, quarum una repugnat ejus valori?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

Excepi Matrimonium, quia ejus valori obstat error circa personam; eo quod obstat valori contractus in quo Sacramentum fundatur.

*Q. 4. An valet Sacramentum, quando Minister habet duas intentiones contrarias quarum una repugnat ejus valori?*

*Resp.* Validum est, si debita intentio prævaleat intentioni, quæ repugnat valori Sacramenti: quia tunc sola intentio prævalens est efficax, & altera est inefficax ac mera dispendentia. Sæcùs, si intentio contraria prævaleat, ob eandem rationem. Quod si utraque sit æqualis, minister nihil efficit: quia æqualiter vult facere & non facere Sacramentum; ideoque non vult efficaciter illud facere. Porro illa intentio prævalet alteri, quæ est magis absoluta, & aliam expelleret si rem intentam impediret.

*Q. 5. An ad valorem Sacramenti requiritur fides & sanctitas in Ministro?*

*Resp.* Neg. Fide constat i. Ex traditione, & consuetudine perpetua Ecclesiæ, præsertim Romanæ à tempore Apostolorum, quæ neminem unquam ritè ab Hæretico, adeoque fide & sanctitate destituto Baptizatum rebaptizavit. Hancque praxim ab Apostolis mansisse constat: cum neque alicujus Romani Pontificis decreto, neque generalis alicujus Concilii Canone Instituta aliquando fuerit, sed ab